Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema LXXX.

urn:nbn:de:bsz:31-130978

Visual Library

diximus *iuſtos* tantum recipi. Hoc agendum igitur, vt in illorum etiam ſimus numero, & Chriſtum amplectamur, qui eſt iuſtitia, 1. Cor. 1. v. 30. Fides etiam ſeruanda, ſi volumus manere in hac arce, 2. Tim. 4. v 7. Non deficiendũ ad hoſtem Satanam, aut mundum. Deo enim fidem dedimus in Baptiſmo. Juſte ambulandum, Tit. 2. v. 12.

4. Si ſic egerimus, ſat tuti erimus. Si Deus pro nobis, Rom. 9 v. 31. Pſ. 73. v. 25. Dummodo te habeam. Nec ſinet nos perire cuſtos Iſraelis, Pſal. 121. v. 4. Eſa. 41. v. 10. & 43. v. 2. & 46. v. 4. Pſal. 23. v. 4. Securitas promiſſa eſt, &c.

F I N I S.

THEMA LXXX.

Prouerb. 22. v. 1.

Melior eſt fama bona, quam diuitiæ, &c.

Diſpoſitionem huius Thematis vide ſupra, in I. parte Promptuarii, Claſſe I. Num. XVII. pag. 54.

THEMA LXXXI.

Eccleſ. 3.

Tempus moriendi.

DISPOSITIO.

Salomon Rex ſapientiſſimus Eccleſ. 3. v. 1. affirmat, Omnes ſub cœlo actiones, quæcunque fiunt, habere ſuum certum, & à Deo definitum tempus. Idq; ibidem per partes oſtendit. Et quia prima hominis actio eſt *naſci*, ideo tempus naſcendi primo loco poſuit. At quia poſt exiguũ temporis interuallum mors ſequitur (hinc illud, Naſcentes morimur, finiſque ab origine pendet,) ideo in illo Catalogo temporum, (Zeit Regiſter) tempus moriendi ſecundum locum tenet. Eſt autem hoc tempus moriendi, quando Deus iubet nos hinc emigrare. Paucula ſunt hæc verba Salomonis, ex quibus iam 1. Doctrinam, 2. Admonitionem, 3. & Conſolationem petere licebit.

DOCTRI-